



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Henr. Harphii Theologi Eruditiss. Ordinis  
Minorvm, Ac Rervm Divinarvm Contemplatoris eximij.  
Theologiæ Mysticæ Libri Tres**

**Henricus <Herpius>**

**Coloniæ, 1611**

Praefatio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37362**

D. HENRICI HARPHII,  
IN THEOLOGIÆ MYSTICÆ  
LIBRVM TERTIVM.

## P R A E F A T I O.

**R**EV M omnium opifex Deus, solo suæ bonitatis intuitu in esse cuncta producens, naturalem amorem boni cunctis indit creaturis: vi dum unaque res bonum sibi conueniens natura diter amat & appetit, mirabilis quadam conuersione in auctorem suum recurrere demorsretur. Sed in hoc caveris præfertur creatura rationalis, quod ipsum vniuersalem bonitatem fontem per sapientiam intueri potest, & per charitatis amorem suauiter degustare. Vnde sit, ut sapientia bonum, quo ad ipsum fontem bonitatis accedimus, omnibus humanis bonis secundum rectæ rationis iudicium præferatur. Hac est enim, quæ fastidium nec sit, ita ut qui eam edit, adhuc esurias, & qui eam bibit, sitiare non cesseat. Hac est, inquam, quæ in tantum peccator repugnat, ut qui secundum ipsum operantur, non peccent. Hac est denique, quæ fructum indeficieniem suis ministris clargitur, ut qui eam elucidant, vitam æternam posideant. Præcellit etiam dulcedine sua voluptates, securitate sua regna & sedes, vilitate sua diuitias vniuersas. Quam nimis um singulare pruilegio suæ creaturam rationalem disfuderat, postquam propriam imaginem animabimur hominum impresserat, diligenter tamen expresserat eam in cordibus ipsum efficaciter amantium, secundum munera sui largitatem. Verunt amem hominem, cum tam singularem celitudinem sortitus esset non intellectus, & ipsa sapientie lux, infusa sibi diuinis, per peccati tenebras & terrenarum occupacionum caligines ad eum fuit obtenebrata, ut ferre mundus vniuersus ad idola vana proclivius, in sensum reprobium laberetur. Hinc diuina sapientia, multplex ad piezatem, artifex ad salutem, qua profusa bonitate ad sui creationem hominem considerat, eundem diuinitatis eius expertem esse non sive, in naturam humanam se totam contulit, sese humiliando, eam exaltando, mirabilibusq; formulis inseparabiliter vniendo, ut errantem reduceret, ignorantem insfrueret, contemnentem alliceret, ac per obiectum illud visibile tam ingratum in inuisibilium amorem susolleret. Cuius vestigia securius insequens de felici conductu contemplationis in semitiis iustitia & perfectionis, aliquid instructionis gratia prosequi statui: quia utique nemo mortalium perfecte consequitur, nisi prius desideriosis suspirijs eius anima

Eccles. 24.

Ibidem.

Psalm. 48.

anima post perfectionis exemplar dulcissimum Iesum frequentius subletetur.  
 Hinc merito David, postquam premiserat in Psalmo: Ad te Domine leuavi Psalm. 24.  
 animam meam, Deus meus in te confido, non erubet faciem, postea sub-  
 iunxit: Vias tuas Domine demonstra mihi, & semitas tuas edoce me.  
 Et quidem optimè: Nam in hu verbis duas vias luculenter expressit, altiuam sci-  
 licet, & contemplatiuam: quia via sum institutiones de ordine actiuavite, & ex- Via Do-  
 minia. que conuenient omnibus. Semita verò sunt occulte via & anguste, sicut mini.  
 sunt mysteria vite contemplatiua. Nam semita propriè via est duorum pedum in  
 latitudine, per quos intelliguntur intellectus & affectus, qui paviter in hac vi-  
 ta coambulant: sed affectus ut domina, intellectus autem ut ancilla. Ceterum, Ratio iusti-  
 ex quo in vita sunt infinita aduenia & insidiae multæ, presertim in secun- tuti huius.  
 da, processum hunc diuersis industrijs distinguere placuit, vt præmoniti fideles  
 Christi cautius ambulent, ne vnuquam offendant ad lapidem pedem suum, sed Psalm. 50.  
 ad optatum finem gressu felicissimo perueniant. Verum, quia intellectus eius (præ-  
 sentum rudibus & simplicibus) difficultor forte videbitur, ideo ad maiorem eviden-  
 tiam eorum, que dicenda sunt, scendum, quod in bonâ sunt tres potentia eo-  
 gnitiva, & vnicuique potentia quadam affectiva correspondet, ac secundum Potentia  
 vnamquamq; potentiam, diuersi diversimodè rapiuntur, vel raptum quendam pati- cognitiva  
 untur. Nam prima & infima potentia cognitiva dicitur sensualis, que est vis qua- in hominac  
 dam anime, viens in operatione sua organo corporeo, tam exteriori, quam interio- tres.  
 ri, ad ea, que sensibilia sunt, per se, vel per accidens cognoscenda. Quae potentia, si  
 motiones obiectales rerum exteriorum immediate recipit, dicitur sensus exterior  
 quinquepartitus, scilicet visus, auditus, gustus, odoratus, & tactus. Si verò recipit  
 immediatè sensationes factas in his quinque, iudicans inter eas, sic est sensus com- Cōmuni.  
 munis. Si autem consequatur ex iudicijs vel sensationibus factis in sensu commu-  
 ni, sic dicitur imaginatio, vel phantasia, vel virtus formativa, alias cogitativa. Imagina-  
 Quod si ex sensatis elicet insensata, dicitur virtus estimativa, que de profuso vel tiva.  
 nocuo dījudicat. Præterea ab hac due sunt vires sensitiva in absentia specierum A Estimativa.  
 retentiva: una pro sensu communi, que aliquando dicitur imaginatio: alia pro  
 formativa & estimativa, cui memorie nomen inditum est. Ceterum, vis ista co-  
 gnitiva sensualis, dicitur aliquando animalitas, aliquando sensualitas, aliquando  
 calum primum vel insimum, aliquando imaginatio, quandoque verò umbrationis. Cui respondet appetitus animalis vel sensualis, qui est vis anime affectiva,  
 apta moueri immediate ab apprehensione sensitiva. Porro, præter hunc appetitum  
 ponere conantur quidam sensitiva natura, sive ad bonum sive ad malum, ex hoc Sensus na-  
 saluentes multos effectus mirabiles in animantibus respectu talis vel fuga vel pro-  
 fectionis; qualismodi causa reddi non potest ex apprehensione cognitionis sensitiva-

O o o o      lis: Vt,

lis; ut, quod hōste presente, nec tamen viso, horrescunt pili cum tremore quodam;  
quod econtra sit amio presente Item, quod forma futura prouidens hyemis far-  
ris ingentem acerum comportat & colligat: & sic de similibus. Sed quod miran-  
dum est de talibus secretis instinctibus seu impulsibus ad fines suos consequendos,  
cum & naturales tractui inuenimus in corporibus minus organizatis & insensatis,  
scilicet ferri ad magnetē, mari ad lunā: qui scilicet instinctus et tractus, lex natu-  
rae vocari potest, vel inclinatio naturalis, aut directio intelligentiae non errat. Deni-  
que raptus ipsum sensus in actu suo super inferiores si potentias, sit per amoris affe-  
ctionē, qua potest tata fixione rapere virtutem imaginatiū, quod inferiores poten-  
tia sensu exteriorum obiecta propria eis opposita, non attendat: quod ab experien-  
tia propria Philosophus sumpsit. Quē raptum causat vel facit feruidū desiderium  
rei per imaginationem representatæ. Secunda vero & media potentia cognitiva,  
dicitur rationalis, & est vis quedam anima cognitiva, deductiva conclusionū ex pre-  
missis, & elicitiua insensatorum ex sensatis, ac abstractiva quidditatum, nullo or-  
gano in operatione sua egens. Hac autē descriptio per ultimā particulā notat dis-  
ferre rationem à sensualitate, q̄ scilicet viatur organo. Per alias verò particularē,  
ab intelligentia simplici secernitur: cuius operatio magis attendit in receptione  
cognitionis simplicis à superiori luce Deo, quā à deductione conclusionū ex prin-  
cipijs, q̄ est proprium rationis, sive principia sunt ab experientia sensus, vt op̄ ignis  
est calidus; vel illa sibi presentauerit ab alto simplex intelligentia. Et secundum ista  
presentationem, vocatur portio rationis superior, q̄ nomen habet viri. Prima vero  
presentatio vocatur portio rationis inferior, que nomen habet mulieris. Quiā tan-  
tum virū citatis & virtutis habet ratio, dum superioribus intendit, respectu illius,  
quā trahit ab inferioribus, quā tū vir à muliere differt in virtute & fortitudine.  
Et hac quidem potentia, quandoq; dicitur calum medium in anima, vel in umbra  
simplicis intelligentia, sic ut intelligentia simplex est in umbra Angels, & Angelus  
in umbra Dei. Cui potencia correspondet appetitus vel affectus rationalis, qui est  
vis quedam affectiva ipsius anime, apta moueri immediatè ab apprehensione co-  
gnitiva rationis. Et hic quidem appetitus si est respectu rerum possibilium &  
impossibilium, dicitur voluntas. Si vero consideratur, respectu actus iā eliciti, dicitur  
libertas. Si, inquit, est respectu obiectorum non finalium & possibilium, dicitur elec-  
tio, vel appetitus electivus. Si autē respectu actuum imperatorum est, dicitur ap-  
petitus dominativus vel executivus. Si deniq; voluntas est exequendi ea, quae iam  
electa sunt, dicitur propositum: sed inclinatio ad hac exequenda, dicitur consen-  
tia, nisi dicamus, quod conscientia duo simul importat, scilicet iudicium, & affe-  
ctionem comitem. Raptus autem rationis in actu suo super inferiores potentias,  
sit per voluntatis amorem, vt patet in eis, qui volunt & quarunt deducere ac ratio-  
nem.

Potētia 2a-  
tionalis.

Aff. actus  
rationalis.

emtri ex nota incognita. Quos aliquando voluntarie huiusmodi appetitus otiori  
fecit à suis operationibus non solum sensuum exteriorum, ut nescirent quid extra  
fieret: sed etiam virtutisphantastica vel imaginarie sua denegabatur actio, ita &  
corporisphantasma non irruens, aut irrumperet volens, superiore virtute rasio-  
ni & voluntati premeretur. Quod patuit in quibusdam, de quibus apud Valerium  
Maximum nota est historia. Tertia demum et suprema potentia cognitiva, dicitur Potentia  
intelligencia simplex, que est in qualibet anima cognitiva, naturaliter quandoque in cognitiva.  
Deo lucem in immediate recipiens, in qua, & per quam principia cognoscuntur  
esse vera terminis apprehensio. Et haec prima principia nominantur aliquando di-  
gnitates, aliquando communes animi conceptiones, aliquando respectus primi, ali-  
quando regulae incommutables & impossibilis aliter esse habere. Verbi gratia: Animalux.  
Quod totum maius est sua parte, quod intellectuum perfectius est suum non intellectu-  
m, quod spirituale (ceteris paribus) praestantius est corporali, & sic de singulis.  
Quod si queratur: Qualis sit illa lux, dici potest, quod sit ipsa et anima, lux que  
dum existens intellectualis natura, derivata ab infinita luce prime intelligentie,  
qua Deus est, secundum illud Iohannis: Erat lux vera, que illuminat omnem Ioan. i.  
hominem venientem in hunc mundum. Et Psalmista ait: Signatus est super nos Psalm. 4.  
lumen vultus tui Domine. Porro, qui secundum Dionysium, de diuinis nomi-  
nibus, in progressu rerum à Deo fit concatenatio quædam, in infinitum supremi spiritu  
in inferioris: Angelus, à quo minoratus est homo, quia est intelligentia simpli-  
cior homini, hoc habet in sua natura infinitum, & homo habet in sua natura supre-  
num: ut secundum hanc vim intelligentia coniungatur absq; medio alterius spe-  
ciei dno, scilicet intellectus Angelicus & humanus. Quod tamen non est ita intelligi-  
endum, ut aliquid medium sit inter Deum & animam, cum dicat Augustinus: Ni-  
hil esse superius mente nostra, preter Deum. Verum id quidem est, quoniam uterque  
Deo aequaliter immediatè trahitur suscipit, quia sunt natura, gratia & gloria. Sed in reli-  
quo, sicut est inter Angelos ordo hierarchicus, sic citius Angelorum ad homines est or-  
do, secundum tres actus hierarchicos, quos nominat D. Dionysius, purgare, ilumi-  
nare, & perficere. Et hoc quidem respectu gratiarum & perfectionum secundarum.  
Preterea visus ista simplici intelligentie quandoque mens dicitur in Scriptura, quandoque  
umbra intellectus Angelicus, quandoque vero tertium celum, sive calum supremum ipsius anime, quandoque lumen intelligentie, quandoque lux diuina, quandoque limbus vocat  
scintilla vel apex ipsius rationis. Cui potentia correspondet proportionalis quedam modo appe-  
virtus affectus, que dicitur synteresis, que est in quædam appetitu ipsius anime, titulus viii,  
& Deo suscipiens immediatè quandam naturalem inclinationem ad bonum, per modum habi-  
quantur, habitur in seque mōtōnē boni ab apprehensione simplicis intelligentie si-  
cum practici-  
bi presentati. Hanc autem synteresim alijs nominibus appellare solemus habitum  
practicum. Et  
0.000 2 præstigiis.

Psalm. 4.

Mens.

Notetur

hoc diligē-

tes, q; a hinc

apparet;

sit animam

in tertium

cæli qua-

doque sapi-

apud audio-

rem Syncate-

ris Pœca-

tur auctori,

si Syntere-

sis

vocat

limbus

cum princi-

piorum. Et

præstigiis.

practicum principiorum, vel scintillam intelligentiae ratione cuiusdam sua euola-  
tionis & ardoris ad bonum, vel apicem mentis, aut insinuum indelebilem, vel  
portionem virginalem ipsius anime, vel stimulum naturalem ad bonum aut supre-  
num celum in affectu potentissim, aut dicitur virtus amata superior: & ita  
proportionabiliter ad ea, quae dicta sunt de supra potentia cognitiva. Porro ra-  
tus ipsum mentium, supra potentias inferiores se, sit per affectionis scintillam mentis  
cognitam vel appropriatam, qua scilicet amor extaticus vel mentis excessus non  
natur. Manuducimus autem ex prioribus raptibus (qui sicut crebriores & facilior-  
es sunt, sic intelligibiles inueniuntur) qualiter scilicet mens nostra in actibus  
suis taliter effetti potest & figi, quod eam nulla potentiarum inferiorum inter-  
turbet. Sed plerumque per vim affectuam ita seipsum actuabit, quod vix intelle-  
ctua, neque se, neque alia quacunque recognoscit, sicuti clarissim in processu pre-  
senti speculationis elucescat. Caterum lectores rniuersos exhortor in visceribus  
Iesu Christi, ne presentia mordaci dente, vel inuidia tabesciente revoluant: sed si  
quae videntur virtus, diuina gratia duntaxat adscribant: quae vero nondum sapi-  
ent, vel etiam non intelligunt, quieto silentio transcant: quia pro his tantum modis  
scripta sunt, qui non in sapientia verbi, sed in mortificatione animi, ac in elevatio-  
ne spiritus proposito vel affectu coambulant. Vnde processum hunc, quem Eden, id  
est, Paradisum contemplatiorum, appellare decreui, nemo perfectè comprehen-  
& ab omni specie malorum ab-  
scindere potest profunditate scientiae, vel subtilitate intelligentiae, vel quibuslibet ex-  
ercitationibus: sed sola felicissima per docetur experientia, cui diuina liberalitas  
hanc ipsam sua bonitatem communicare placuerit. Hac est enim illa doctrina pre-  
cessa, quam increata sapientia sibi soli seruare voluit, ac dignè se preparantibus  
duntaxat Virgines communicare, vi sic confundantur omnes mundi sapientes,  
consolentur & exultent humiles, cum vetula simplex & rusticus pascualis ad hoc  
consurgere cum animi puritate & spiritu vivacitate prevalent, quod omnes sa-  
pientia mundana tumentes, nulla industria, nulla intelligentia, quantamcumque  
perspicua, penitus attingere queant. Hinc merito dulcis Iesu, exemplar humilismi,  
oculis in calum erectis, exultans in spiritu, dicebat ad Patrem: Confiteor tibi  
Pater Domine celi & terrae: quia abscondisti haec a sapientibus & pru-  
dentibus, & revelasti ea parvulis. Ita Pater: quoniam sic fuit placitum  
ante te. Vnde necessarium est, si haec ipsa velint experimentaliter intelligere,  
quod omni proprietatis sua morientes, soli Deo vivant: ac vulnus suum in pro-  
fundo spiritus aeterno lumini iugiter obieciant: ubi nimis  
occulta veritas se in nullo intercedente  
medio manifestat.

Mat. h. ii.  
Luc. io.

D. HEN-